

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Timor p
cum fonte primo

Facile deuiat a iusticia qui in causis non
Deum sed homines pertimescit. Hic
timor peccandi facultatem differre
potest, uoluntatem auferre non potest.

Solus est Dei timor qui mentes corrigit,
fugat crimina, innocenciam seruat,
perpetem tribuit facultatem.

Crisostomus in sermone de Iohanne
Baptista.

Facile deuiat a iustitia, qui in causis non
deum, sed homines pertimescit. Hic
timor peccandi facultatem differre
potest, auferre non potest uoluntatem.
Vnde etiam quos suspenderit a crimine,
auidiores reddit ad crimen.
Solus est dei timor, qui mentes corrigit,
fugat crimina, innocenciam seruat,
perpetem tribuit facultatem.

Petrus Chrysologus, *Collectio
sermonum*, 127, 7 (CCSL 24B, A. Olivar
ed., p.785, ll.53-58).